

*Notæ in Chirurgiam  
BARBETTE.  
De Vulneribus.*

**L**Ethalitas vulnerum potest colligi.

1. Ex ægris statut, 2. Quando nihil in curatione intermissum, aut error aliquis commissus, qui vulnus potuit augere.

3. Attendendum ad instrumentum, quo quis fuit lauciatus, an nempe fuerit venenatum.

4. Prognosis instituitur quando accedit animi deliquium, convulsiones, aliaque symptomata, ægerque paulo post extinguitur.

5. Prognosis est que sita in dispositioне vulnerati, nempe si æger est cacochymicus, sed tunc vulnus non est absoluē lethale, sed lethale factum, propter cacochymiam.

6. Ætas erit consideranda, juvenum enim vulnera citius curantur, quam senum.

7. Vulnus etiam aliquid potest fieri lethale, ex absentia Chirurgi.

8. His addi possunt: prava aëris

dispositio quæ maximè nocet vulneribus.

9. Observanda accuratissimè diæta,  
10. Intestinorum crassum vulnera non sunt lethalia, nisi vulnus admodum fuerit profundum.

11. Vesicæ vulnera, si in fundo fiant, sunt lethalia, si fiant in parte carnosa, possunt sanari.

Hildanus pericula vulneris reduplicati describit, & funiculum, ope cultelli viâ factâ per illud trahit inuncto prius funiculo digestivo, illudque per aliquor dies ibidem relinquit, post aliud substituit. Vide Observ. 83. & 84. cent. 4. Hildani.

*In Curatione.*

Ante omnia extranea è vulnero sunt eximenda.

2. Labia vulneris ad se invicem sunt attrahenda.

3. Symptomatum, ac potissimum urgentioris symptomatis, habenda est ratio,

4. Videndum, ut labia coalescant, sed medicamenta non faciunt coalescere, sed salsem quæ coalescentiam impediunt, amovent.

5. Diæta maximè omnium est observanda.

6. Aëris est vitandus,

7. Videndum, ut unus idemque sanguinis status obtineatur.

8. Pus, quod è vulneribus profluit, nihil aliud est quam chylus.

9. Acida, putrida, aliaque similia, vulneribus sunt inimica.

*In Dieta.*

Quo vulnus est levius, eò largius & plus vulneratus cibum capere potest, quo autem vulnus est gravius, eò minori vietu debet uti, nempe Iuſculis, Iure pulorum, cuius passus majoribus, quæ maximè convenienter valneratis.

*Pro Potu.*

Vinum internè nocet vulneratis, debet ideo exulare, externe vero mirum in modum sanat.

Cerevisia tenuis, cum rasura C. C. vel decoctum hordei cum passulis, commendantur.

Motus nocet, quies enim sanat, aer non debet mutari.

Iram vulnerati ceu pestem fugiant, nam enim saepissimè efficit, ut ex vulnero non lethifero fiat lethale.

*Symptomata.*

Febris symptomatica, quæ præcipue est curanda.

Oriuntur autem variæ febrium species, nempe febris ephemera, putrida, continua, intermittens, tartiana duplicata, vel simplex.

*Causæ febrium.*

Causa febris ephemerae, est turbata sanguinis mixtio, in tali tamen febri turbatio est minor, quam in aliis febribus, soletque in principio vulneris adesse: oritur alias ex ebrietate, venere, longiore moratione in sole ut & ira,

Febris hæcce quam facilimè potest degenerare in putridam. & quidem.

1. Causa ipsius Medici, quando exhibet medicamenta calidiora.

2. Causa adstantium, quando ægrum ad iram concitant.

3. Causa ipsius ægti, quando assumit vinum, aliaque nocentia, vel est inquietus &c.

*Causa febri putridæ continua.*

Hæc febris oritur, quando pus à vulnero ad cor devehitur. Febris hæcce raro circa initium, sed plerumque circa diem 4. vel 5. solet oriri. Initio indicat febrem putridam, calor maximè intensus, qui in aliis febribus solet esse remissior.

2. Graviora symptomata, sunt i. sitis, nimia, vigiliæ, & quando febris invadit cum rigore.

Portio attendendum ad distinguentia.

Si pus non ita largè profluit in febre, quæ alias, tūc febris est putrida, materia que profluit versus cor: Magnus tamen puris profluxus non semper pro bono signo est habendus.

2. Causa est inflammatio vulneris.

3. Apparatus humorum vitiosorum in corpore.

Habendum pro bono signo, quando itam diarrhœa sequitur, sed quando hæc non sequitur, febris sequitur.

Febris

Febris aliquando est continua, pro diversitate dispositionis sanguinis, quando nempe materia continuo affluit; Sed quando materia per intervalla affluit oritur febris intermittens.

*Prognosis.*

Febris ephemera rarissime est periculosa, uti nec intermittens. Sed febris continua, sèpius degenerat in hecticam.

*Curatio.*

Purgantia ante diem II. non sunt exhibenda.

V.S. convenit vulneratis, & quo materius instituitur, èd tunc erit curatio, sicut namque hæmorrhagiam, febres, aliaque symptomata.

Alvi adstringio non adeò est periculosa, uti diarrhoea.

Tota curatio consistit in blandiori diaphoresi promovenda, & conservanda.

2. In humorum fermentescientium præparatione.

Pro primo scopo obtinendo ex gr.

By. Lap. cancer. ppt.

Bezoar. orient. aa. ß. Misc.  
f. pulv.

S. Schwitz-Pulver a. i. m.

By. Aq. flor. sambuc.

veron. aa. ʒj. Misc.

S. Wasser zum Pulver.

Veronica maximè conveniens vulneribus omnibus medicamentis addi debet.

Pro altero scopo:

By. C. C. usq. ppt.

Cran. hum. ppt.

Lap. sciss. Angl. aa. gr. vj.

Arcan. dupl. gr. iij. Misc. f. pulv.  
S. Præcipitarend. Pulver.

By. Aq. febrif.

Card. bened.  
papav. errat. aa. ʒj.

Aq. CC. citr. ʒj.

Mixt. simpl. ʒb.

Syr. pap. errat. ʒb. Misc.

S. Sieber. Wasser / fl. ijjig z. Löffel  
voll.

Mixtura simplex maximè convenit vulneratis.

Possunt quoque dati specifica, quæ in fabricis sunt usitata.

Dæta maximè est commendanda.

*2. Inflammatio.*

Hæc oritur ab obstruktione, hic V.S. est instituenda.

2. Adhibenda sunt medicamenta; quæ vim habent deobstruendi.

Parti inflammatæ, non verò ipsis vulneribus imponi potest, medicamentum sequens, lac virginis dictum:

By. Fol. Thussil.

flor sambuc. aa. mj.

Coq. in vino cum litharg.

aceto.

Cerussa.

Myrrha.

post coct. filtretur: f. Cataplasmæ:  
Calidè imponitur, tumorem, dolorem,  
& inflammationem sedat.

*3. Erysipelas.*

Symptoma periculosum.

A a a

CHYRÆ

*Curatur.*

*Agna flor. Sambuci, Theriaca, dia-*  
*scordio, quod si fluida minus placent, ad-*  
*hibenda sunt intenæ antifebrilia.*

#### 4. Hemorrhagia.

Hoc symptoma est omnium periculo-

sissimum, quia brevi temporis spatio æ-

grum non solum interimit, sed & impe-

dit, quo minus vulnus possit curari.

Huc itaque statim succurrentum,

sed observandum, si sanguis non ita large

profluat, non statim profluvium esse si-

stendum.

Cum sanguis valde est floridus, ma-

gnum vas esse ruptum, indicatur, &

tunc vulnera utplurimum sunt lethali.

Ligatura fortior, in vulneribus gan-

grenam causetur, quia humorum &

sanguinis restagnatio cohibetur, fieri

itaque potest, ut ex tali cohibitione gan-

grena exortatur.

*Curatio.*

Cauterium potentiale certissimum fer-

tur remedium.

Cauterium actuale, est ferrum, vel

aurum ignitum; quod vulneri admove-

tur, sive crux inutitur.

Cauterium potentiale est, quando

medicamenta adhibentur, que crustam

in urendi vñ habeant, ut sunt, calx vi-

va, vitriol, sed post aliquod tempus, si

crusta emolliatur, vel per chirurgum in

cautum detrahitur, tunc sanguis de no-

to profluere solet.

NB. Venæ minores debent claudi.

Certissimum est remedium, si vas ru-

ptum digitis comprimitur, donec san-

guinis profluvium cessaverit, quod Prin-

cipi Aureliae in capite vulnerato, auxilio

fuit.

*Obs.* Ligatura in principio deberet esse

fortior, sed tunc saepius debet relaxari,

hoc fieri potest, si imponatur charta lu-

soria duplicata, sed relaxato vulnera,

vulnus non tangitur, neque crepitus lupi

extrahitur, sed in vulnera relinquitur.

V. S. quoque convenit, & facit, ut

febris impediatur, secundò prohibet,

ne sanguis tantam excitet inflammatio-

nem.

Observandum circa V. S. ne sanguis

continuò emittratur, sed per intervalla,

chirurgus enim manum venæ debet ad-

movere, ut sic profluvium paululum

fistatur, hocque saepius debet fieri.

*Interne.*

Exhibenda sunt medicamenta, qua

sanguinem cohibeant.

*Externè.*

Adhiberi potest pulvis hicce stegnoti-

cus.

ʒ. Farin. volat. ʒij.

Bol. armén. ʒl.

Gips.

Colophon. aa. ʒβ.

Sang. Drac. ʒij.

O. usf.

Vitriol. alb aa. ʒij.

Calx viva ʒj.

pilor. lepor. ʒβ.

Misc. f. poly. adhibetur cum albumi-

ne ovi. S. Sonderliche Blut-

stillung.

NB. Colophoniam pulverisatum fistit

hemorrhagiati.

Vitriol. O. Calx. habent vim causti-

cam, suntque potissima medicamenta

stegnotica.

Ex

Ex vitriol. paratur liquor quidam famosus, quin nihil aliud est, quam solutio vitriol. sed famam non sustinet, sicut quidem sanguinem, in vulneribus exterioribus, sed non internis: Sed hoc remedium non tuò applicatur, ob vim causticam, quia fucum saltem facit, crusta de lapla, sanguis iterum profluit, solvit autem vitriol. in aqua pluviali, dicunt etiam solvi vitrioli, in  $\nabla$  Ominis, sed quia volunt per deft. parare non procedit, nihil enim per alembicum egreditur de O.

*Internè.*

Dati possunt pulveres testacei, emulsiones cum aq. artice, que hic valde laudatur, Tinct. sulph. vitrioli ad gutt. viij. vel ix. & opium, tanquam salutis anchora. Observandum, si opata velis adhibere, an jamdum magnum sanguinis profluviū sit factum, si hoc sit, & post utrum opiatum, oculorum ægri color mutatur, non amplius opata profluit, sed nocebunt.

*Obs.* Si in dysenteria opata adhibuerit, alteroque mane color oculorum ægri est mutatus, certè non superabit morbum, si autem color immutatus fuerit, indicio est, ægrum posse reconvalscere.

*Modus applicandi.*

Optimus videatur, si medicamenta imponantur: cum charta bibula, saepius duplicata.

*s. Dolor.*

Symptoma est, urgens, oritur autem à medicamentis acribus & corrosivis adhibitis, item, si aliquid vulneri inciderit, nempe pili, fragmenta vitri, pars instrumenti cuiusdam, globulus &c., item,

quando pus in vulnera retinetur, quod est acre, mordax, hinc exitus ipsi debet patari, item humorum affluxus nimius.

*Medicamenta externa.*

Anodyna, Rosacea &c.

*6. Convulsio & Spasmus.*

Si pars aliqua capitis, vel nervæ, &c membranosa est vulnerata, hoc symptomate ferè omnes moriuntur.

*Curatio externa.*

Adhibenda sunt confortantia, axun-gia, pinguis, 8° lavendula destilla-tum &c.

*Internè.*

Cinnabarina cum pulvere Marchionis: v. gr.

2. Pulv. Marchion. 3*ß*.

Cinnab. nat. gr. vij. f. pulv. pro r. dosi.

S. Kraimpff. Pulver q. i. m.

2. Aq. ceras. nigr. 3*jj*.

D. S. Wasser zum Pulvere.

NB. Aq. ceras. nigr. saepius debet bibi à vulnerato, convulsionibus obnoxio.

*7. Hypersarcosis.*

Oritur, vel propter victum largiorē, vel ob laudabilem sanguinis dispo-sitionem.

Videndum autem hic, an sit caro sa-na, an spongiosa.

Ex crescit caro spongiosa, in vulneri-bus malignis, venenolis, & ex ossium catie.

Aaa 2

*Curatio:*

*Curatio.*

O *u*stum vulneri inspergitur.  
Si est ex ulcere. *R*inus precipitatus.  
Conveniunt quoque pulv. exsiccantes, ut *Saccharum*, & similia.

*8. Gangrana & Sphacelus.*

Ad Gangrænam instantem cohíbendam, vèl præsentem tollendam, conveniit decoctum, quod habet *Timentia à Guldenklee* / & cataplasma, quod ibidem tradit, vèl epithema contra *Erysipelas*, quod exstat pag. 20. volum. primi, locorum communium, quod vocatur lac virginis.

*Internè.*

Conveniunt bezoardica, pulvis cordialis preciosus &c.

*Res alienæ vulneri sunt exitienda.*

Quæ vulnus incident sunt, grumæ sanguinis, quæ non solùm dolorem, sed & inflammationem augent, quæ vulneri sunt exitienda, si autem hæmorrhagia sit timenda, sanguis in vulnera debet relinqui. Item, pili quando sunt circa vulnus, auferendi, & abrodendi, vulnus vino calido est abstergendum: Si ossa sunt fracta, nullibique adhærent, statim sunt exitienda, si autem firmiter adhuc exhæreant, hoc opus soli naturæ est committendum.

Globus, vulneri immisus, antequam vulnus obligetur, extrahi debet, certis instrumentis, quorum tria genera habet *Sturmius*: Si globulus usque ad partem oppositam corpus transierit, ibique hæret, novum foramen est incidendum, per quod globulus possit extrahi: alias

quidam medicamentis, vi attrahendi prædictis, hoc solent efficere, sed dubitatur, an talis vis medicamentis possit inesse, sed per talia medicamenta, vulnera nempe dilatantia, globulus saepius fuit extractus. Sed optimis pro hoc malo est balsamus atque emplastrum, novacula.

*Modus labia vulneris attrahendi, & in tali statu conservandi.*

Labia vulneris debent conjungi, & in tali statu conservari, hoc sit sola ligatura, in vulnera recto, sed in transversis vulneribus ligatura sola non sufficit, sed adhibenda sunt medicamenta valde glutinosa, vel adhibenda est futura, eine *Hefst-Nadel* / oder *Hefst-Pflaster*.

Modus vulnera deligandi consistit in eo, ut tempore hyemal longiores fasciæ adhibeantur, quam tempore aestivo.

Non totum vulnus emplastris tutoriis est obligandum, sed nonnullæ partes, hinc plurimæ frustulæ emplasti impo-nuntur.

Nisi summa urgeat necessitas, nulla futura est adhibenda.

*Medicamenta.*

Sufficit resina pini.

*Sutura.*

*Obs.* Quando pars nervosa est vulnerata, futura planè nullum habet locum, cavendum etiam, ne acus vulneri profundius indetur.

2. Non totum vulnus sutura conducedum, sed tantum aliquæ partes, puri enim egressus debet relinqui, & foramen, per quod turunda possit indi & exitum.

*Turunc.*

Turundæ in parvis vulneribus non sunt necessæ, in profundioribus non ita profundè sunt immittendæ, ne prohibeant crescentiam carnis.

## Medicamenta.

Sunt vel digestiva, & sarcotica, ex. gr. *Therebinthina*, *Gummielemi*, *balsamus indicus*, &c.

## Sarcotica.

*Emplastrum diu palma*, Norimber-  
gense ob minium, *Saturninum Mys-  
sichti*.

## Epulotica.

Adhiberi solent *Thereb.* *Mel. rosar.*  
*Gumm. elem. bals. Ind.*

## Interne.

Adhiberi solent potiones ex regno ve-  
getabili & animali.

2. Medicamenta sanguinem alterantia,  
vulausque consolidantia, quæ sanguinis  
estum mitigant, & quæ habent vim ad-  
strictorianam, & laponatiam, quæ quo sim-  
pliori modo præscribuntur, eò fortius  
juvant, & si paucum cum vino coquantur,

## In dose.

Ferè omnes maximos committant er-  
tores, quod nempe multis utantur potio-  
nibus, utendum enim iis cochlearium, in  
forma  $\nabla$  cuiusdam, interpositis 3. vel 4.  
horis, sic melius & pro palato cura succe-  
der, neq; nausea stomacho creabitur, for-  
mula talis potionis poterit esse:

*Pirol.**Virg. aur.**Artemis.**Bur. rubr. aa. maj.*

Hujus pulv. *g.*, cochl. 2. coq. cum vini  
albimensi, j.

S. Wundtrance alle 3. Stund 2. Löffel  
sel voll.

NB. Hæ species menœ Augusto d. bene  
colligi, in umbra siccata, postmodum pul-  
verilari.

De potionis vulnerariae in sufficientia;  
vide observ. 83. Centur. 4. Hildani.  
Vel.

*Bl. Gallitrica seu Sanguinar.**Pirol.**Vinc. per V.**Conſ farac.**Matr. sylv. seu hader sylv.**Sanicul.**Veron.**Alchimill.**Hader. arbor.**Artem. aa. miß.**Alb. grac. Zx.**Coq. cum cerevisia.*

D. S. Wundtrance/ deß Tages drey-  
mal 3. Löffel voll.

Si sub forma pulveris placet: en habes.

*g. Lap. S. cum Opp. f. pulv.**D. S. Pulver ad 3. Messerspik.**g. Ag. Veron.**D. S. Wasser zum Pulver.*

NB. His potionibus vulnerariis addi de-  
bet rad. Sarsaparill.

Conveniant etiam certæ herbarum  
species, certis membris, ex. gr. *Betonica*  
convenit capiti, *fragaria* tenibus, *Agrico-  
monia hepatici*, &c.

*Unquenta armaria.*

Magnopè laudantur à Paracelso,  
Gabelchovero, Osvaldo, Grollio, Poly-  
pragm. sive Colero, inter recentiores sunt  
*Helmontius*, & post hunc *Maxwelli*.

*Aaa 3**Funo*

*Fundamentum operationis*

Est hoc: dicunt sanguini inesse balsamum vitae, & in aere esse spiritum mundi, si sit instrumentum quoddam, vel linteum, aut lignum, sanguine humano tintatum, ejusmodi unguentis tingatur, deferrivim istam per spiritum mundi, ad hominem, cuius sanguine undum est instrumentum, aut aliud quid, eo modo, quo magnes trahat ferrum, citra motum, & quemadmodum felis, cista inclusa, percipitur, quando aliquis hypocaustum intrat.

*Modum applicandi.*

Quod attinet, fieri in hunc modum procedunt; sumunt instrumentum, quo vulnus est inflatum, aut aliud quid, sanguine vulnerati tintum, deligationemque, certo imposito medicamento instituunt, observant hic etiam ut vulnus sit rectum an obliquum, saepiusque vulnus uria abstergi jubent.

*Ad circumstantias discrepantes*

Si attendamus, & discrepantium numerum, invenimus, quod 1) non omnia vulnera, nisi levia possint curari hoc remedio, 2) Fabricius Hildanus testatur, frustra saepius hoc remedium fuisse adhibitum, 3) Authoris in præparatione medicamenti non convenient, quidam enim aliqua omittunt quidam vero addunt, 4) Quoad tempus etiam non convenient, quidam namque dicunt, medicamentum hoc parati debere, sole existente in libra, quidam vero, sole existente in Lev. Alii aliter, Formula unguenti talis potest esse.

*U. Usnea 3j.*

*Mumie 3ß.*

*Ping. human. 3ij.*

*Sang. human. 3ß.*

*Ol. lini 3ij.*

*Rosac.*

*Boltia. 3j. M. f. Unguentum,*

Solent etiam adhibere pulv. Sympatheticum, quem O exilente in & præparant, nempe Vitriol, calcinatum, quod quidem non occultum, sed manifestam aliquam causam juvat, obligatur enim vulnus quoque hocce remedio.

*De Vulneribus nervorum  
& tendinum.*

Omnia actria in vulneribus nervorum debent exulare.

Bontekoe negat vulnera seu puncturas nervorum, sed esse tendinum vulnera, refutatur à Muys.

An nervus aliquis planè sit dissectus, exinde colligitur: (1) quando vulnus est transversum, præsertim ubi propè articulum aliquem fuerit inflatum. (2) Ubi vulnus haeret in capite, musculus nervus est vulneratus, si in cauda, tendo. (3) Quando motus & perceptio perit, nervus est vulneratus, quando autem insignis adeat dolor, tendo est vulnerata, seu nervus ad nimium non planè est præcilius.

*Prognosis.*

Nervorum vulnera sunt periculosissima, quia facile putrescent, punctura tamen periculosior est sectione, quia medicamenta nervos non possunt artingere, & vulnus admodum est angustum.

Tenduum vulnera non adeo sunt periculoso, ac nervorum vulnera.

Convulsio, in his vulneribus, ut plurimum solet esse signum lethale.

*Atten-*

*Attendendum ad Symptomata.*

In ejusmodi vulneribus debet supervenire tumor, si non adsit, aut si adsit, subito tamen cesset, pessimum est signum, quia indicat pus revehi ad cor, vel ad ipsum cerebrum.

*Idem judicandum de inflammatione.*  
Consideranda quoque est conditio puris, quod effluit, si sit terolum, malum est omen, malum quoque si sit lacteum & glutinotum, tertio si aqueum, hoc enim pus indicat, pravitatem defterri ad cerebrum, indeque facile convulsiones, & epilepsia possunt oriri.

*Curatio.*

Dolor & inflammationes ante omnia sunt leniendæ, ut pote à quibus gravissima tolent oriri symptomata.

*Externè.*

Olea possunt adhiberi, que demulcent, & propter tenuitatem partium facile penetrant, ut ol. lumb. terrestr. ol. lili. albor. ol. vulp. Coss. ol. de castoreo. Paræ experimentum.

℞. Ol. still. terebinth. ʒj.

℞. vin. ʒj.

Campb. ʒβ. m. instilletur vulneri.

Sylv. commenda: quoque ol. terebinth. cerumina auris ab Helmontio commendantur. Bals. Indic. ol. still. lavend. laur. succin. omnibus adde debent lumbric. terrestres.

Frigida extēnē nocent, ut & aer frigidior medicamenta, repida nervis, calida tendinibus convenient; candelis cereis debent uti, non lebaceis: Humida nocent, exsiccantia vero protunt: vulnus apertum debet servari turundis; si sit

punctura, sectio debet institui, quæ fieri debet sub forma crucis, *Creuz* weiß.

Conveniunt Spiritus vini, quamvis sit acrimonis præditus, tamen hæc acrimonia est volatilis, subitoque cessat: Propolis, quod est species pinguedinis, conficiturque instar ceræ, ab apibus: ol. ceræ, sed hoc prius temperandum cum *Gummi Elemi*, aut *Terebinthina*: ag. *Calcis viv.* rite præparata.

*Emplastræ & cataplasma.*

Empl. dia palm. cataplasma, quia siccant calorem nativum conservant, putredini resistunt, & Gangrenam prohibent: in hunc modum possunt præparari.

℞. *Mic.* panis alb. inven. ℔ij.

Fol. scordii.

Rute aa. ʒi.

Summit. ab lynth. ʒi.

add. vini Gallici. q. s.

F. Cataplasma.

Cataplasma hoc tepidè applicatur, magno pereque laudatur in puncturis à facie bovan. Meckern.

In magna putredine sequens quoque commendatur unguentum:

℞. Ung. digest.

Thereb. aa. ʒi.

Ung. basil. ʒβ.

Pulv. myrrb. ʒi.

℞. præcipitat. ʒβ.

℞. absynth. g. viij.

M.S. Huylenes Säblein.

*Diata.*

Strenuè commendanda, vinum inter non convenit, potest esse decoctum C. C. vel hordei, vel decoctum pro epilepsia, semen cornandri, vice quercus;

quercus; à rītu ægri abstineant, venerem,  
œu pestem fugiant.

*Obs.* Quando sanies in maxima copia  
profluit, & quando est instar albuminis  
ovi quod limicerium vocant, indicatur,  
ligamenta esse dissecta.

*Obs.* Quando magna adeat inflamma-  
tio adhiberti potest cataplasma, cum oxy-  
melide simplici, e gr.

*R. Farin. volat.  
Hordei  
Pulu. rosar. rubr.  
chamomill.  
aa. q. p.  
adde oxymel. cum o  
lumbric. terrest.  
f. Cataplasm.*

### *De Vulneribus sclopetis inflictis.*

In hisce vulneribus non solum est con-  
tinui solutio, sed inferunt quoque sanguini-  
nis & spirituum animalium alterationem,  
adeat quoque non simplex continui solu-  
tio, sed globulus aliquid de substantia le-  
cum abripit, si enim globulus paululum  
penetrat, non potest dici *vulnus simplex*,  
quia nervi & tendines vulnerantur.

#### *Differentia.*

Hæc vulnera, vel sunt sine, vel cum  
ossum fractura, hæc posteriora sunt cu-  
rata difficiliora.

#### *Prognosis.*

Si globulus penetrat cavitatem aliquam  
insignem, ut cavitatem Thoracis, vulnus  
est periculosis, quam si fuerit in parte  
quadam carnosa: porrò quæ cum ossum  
fractura, si os vulneribus saltet debilit.

#### *Incuratione.*

Omnibus medicamentia admisceri de-  
bent & vini bals. indic.

Ubi magna contusio, statim scarifican-  
dum, ubi magna putredo & precipitati-  
tantillum cum mundificantibus misce-  
ndus.

Si Empyrevma adsit convenient *crem.*  
*calc.* *viv. cum melle.*

Internè nitrum acetum bezoart. Tinct.  
bezoart. diacord. & diaph.

(1) Observari debet accurata diæta;  
ubi non solum est habenda ratio vietus,  
quietis, animi passionum, sed & aeris, sa-  
pius enim aer peculiarem quandam fovet  
qualitatem: sic in expugnatione Candiz  
omnes fere læsi, sunt mortui, quamvis vul-  
nera fuerint levia, propriæ venenatam ae-  
ris qualitatem languini Germanorum val-  
dè infensam; sic comes Waldecensis, in  
tibia, granata manuaria leviter vulnera-  
tus, est mortuus.

(2) Omne quod vulnus incidit, deber  
extrahi, quod sit, vel per attractionem, vel  
per impulsionem: attractio sit vel instru-  
mento, vel medicamento, quod magnes  
solet ingredi: sed usus talium medicamen-  
torum, jam fere omnis definit, quia ma-  
gnes pulverisatus vim suam amittit, unde  
attractio sit manuali operatione instru-  
mento aliquo, quod verus est magnes, pro  
globulo extrahendo; quod si orificio  
vulneris valdè sit angustum, debet dilata-  
ri, quo instrumentum commodius indi-  
globulus que extrahi possit: si etiam fra-  
gmenta ossium adsint dilatatio hæc valdè  
est necessaria, si antem globulus usque  
ad partem oppositam penetravet, im-  
pellendus est potius ad eam partem, ibi q;  
per

per novam sectionem extrahi debet , vel per cautelum potentiale est evocandus.

#### Symptoma.

Sunt (1) Gangræna, (2) Hæmorrhagia, (3) Dolor, (4) Tumor.

#### [1] Gangræna,

Primum symptoma , quæ solet in tres gradus dividi (1) quando in parte lœla est caloris nativi diminutio , colorque sensim mutatur in cadaverosum , hicque vocatur gangræna : (2) quando calore est emortuus , adest livor , fœtor , vulnusque ad contactum est frigidum , vocaturque sphacelus: (3) quando tota pars penitus est emortua , vocaturque sideratio , vulgo der Falte Brand.

#### Cause.

Gangrænae , sunt obstruc<sup>t</sup>io & sanguinis in circulum redditus sufflaminatio ; quia spiritus valde exigitur , sicque membrum illud non amplius possunt influere , tandemque hoc modo emotitur.

#### Externa.

Sunt aër frigidior , venenum &c.

Primus gradus gangrænae est lanabilis , secundus & tertius autem sine amputacione vix possunt sanari.

#### Curatio.

In Gangræna & Sphacelo initio statim instituenda profundior sacrificatio , hoc facto , pars lacerificata abluitur aceto fætiori calido , corruptus enim sanguis

per scatificationem extrahitur , acetum penetrat , obstructionemque tollit.

Si profundior adest putredo , post locationem vulneri debet applicari aqua sphagædenica , cum Spir. Vin. mixta , misceturque cum tertia parte & sublimati , iusta enim dosis & sublimati debet observari . Aquahæc paratur h. m.

Et. *Calcis vivarecent.* lib. i.

*Aq. pluv.* lib. x.

Stent per triduum , saepiusque agitentur posteo residente in fundo calce , filtrantur & decantentur : Aquæ filtratae additæ :

*Mercurii sublim. corros. pulv.* 3j.

Sic color aq. eo momento ex albicans mutatur in flavecentem , hoc pulv. in fundo residente , aq. in usum vocatur.

Vel applicatur statim Spir. Vin. In quo unguentum Ægyptiacum est dissolutum , vel cataplisma de quatuor fatinis , quod paratur h. m.

Et. *Farin. bord.*

*Fabar.*

*Lupuli.*

*fano Gr. 2a. q. p.*

adde Ozymell. fiat Catapla-

sma.

Superimposito fotu ex marrubio , & ablynthio , cum vino coctis , vel prius coquuntur cum aqua , postmodum , in fine coctionis additur vinum , ne vinum per coctionem vim suam amittat.

Ubi magna adest inflammatio , novacula auferatur , si vulnus sit valde folidum , fortiora adhibenda sunt medicamenta , nempe Calcis viva , cum aqua re-

Bbb center

center extincta, postmodum arefacta, & pulverisata, miscetur cum Sp. Vini, & in forma cataplasmatis, partimponitur.

Quod si videamus, inflammationem non profundius ferri, adhibenda sunt digestiva ex therabinthina, vitello ovi, & ovorum tanillo, linimentum: sed si forte hoc remedium non satis exsiccat, nec sordiditem omnem tollat, adhibendum unguentum suppurativum, vulgo *Cyprin. Salslein.*

*Rx. ♀ subl. corros. 3j.*

M. exætè.

Si videmus, vulnus meliorari, nec tantum ad esse forditum, sumitur ung. dia-pomphotygos superimposito empl. dia-palma. Sunt, qui tota curatione imponunt aquam Calcis Vivæ, sed notandum, quod tunc dosis Mercut. sit minuenda, sufficit pro usu quotidiano 3fl.

Sed quando Grangræna ulterius procedit, cogitandum de amputatione, non ipsa articulatione, sed paulò supra eam: modus operandi describitur à Fabricio Hildano, & Sculteto.

## 2. Hamorrhagia.

Cum sanguis vitæ, thesaurus, largius profluit.

Tripli modo solet inhiberi.

(1) Immissa Turanda ex crebito lupi vel spongia.

(2) Per ligaturam arctiorem, quæ priora duo locum habent in vulneribus parvioribus.

(3) Per cauterium actuale, vel poten-tiale.

Ligatura est minus tota, hinc ad caute-ria est confugiendum: Galli utuntur Vi-

triol albo, cum albumine ovi, cum bom-byce, seu charta emporeica, vulneri in-truso.

Pulvis sympatheticus etiam potest ad-hibeti: ex. gr.

*Rx. Vitriol. cyprin. part. ij.*

*Tragacanth. part. j.*

Contus immittantur vitro, exponan-tur adiutori solaribus, per totum die-rum canicularium curticulum, post in subtilissimum redigantur pulve-rem.

Quod si nec hæc remedia sufficiant, confugiendum ad cauteria actualia.

Aliqui dicunt, vulnera sclopotorum non tantum sanguinis emittere, ac alia vulnera, proprie ustionem, quod quidem verum, si ille, qui vulnus infixit, propè adstitit vulnerato, alias non convenit cum experientia, globuli enim non sunt calidi, multò minus igniti, sed impetu a-gont, hinc vulnera, tagitta inflata, non adeò sunt periculosa, ac vulnera globu-lis inflata, & hæc res usque adeo est evi-dens, ut globulus, è cera contextus, & bombardæ immisus, non liquefacit, sed si cera fuerit exsiccata, penetrat asse-rem.

Rursus, si globulus in cervum pul-veris pyri emittatur, pulvis iste non ac-cenditur, nisi globulus corpus aliquod durum feriat, indeque ignem eliciat.

Illa nigredo, quæ percipitur, prove-nit non ab ambustione, sed à contusione hinc inter vanitates sunt habenda illa verba, quæ à nonnullis pro arcansis habentur contra ambustionem.

Neque vulnera hæc proprie sunt ve-nenata, sed laxio fit secundum minimas par-

particulas, majorque impetus, hic est quam in punctura vel iectu.

### 3. Dolor.

A quacunque etiam causa proveniat, demulcent olea, ut,  $\circ\circ$  chamomill,  $\circ\circ$  Hyperic. cum Sp. Vini, vel cataplásma, ex gr.

$\frac{1}{2}$ . Fulig. splend.  $\frac{3}{8}$ .

Vitell. ovi.

$\circ\circ$  Hyperic.

Sp. Vini aa. q. f.

M. f. Cataplásma.

Quia autem major est contusio, non debent habere vim humectandi, sed exsiccandi potius Medicamenta usitatoria sunt sequentia.

(1) Digestiva, ex Therabinchina, Sp. Vini, vitello ovi, &  $\circ\circ$  ovorum: elapsis aliquot diebus, adde Aloës, Myrrh, aa. q. p. tandem ubi magna adeat putredo, adde precipitatirubri  $\frac{3}{j}$ , ad  $\frac{3}{j}$ , unguenti præcedentis: quoties digestiva vulneri induntur, debet lavari Sp. Vini. De aqua Sphagdænica dictum supra.

Si os quoddam sit cariosum, Tinct. aloës composta, vel

$\frac{1}{2}$ . Sp. Vini  $\frac{1}{2}$ j.

Aloës  $\frac{3}{j}$ .

Myrrh.

Sacc. cand. aa.  $\frac{3}{j}$ .

Stent in digestione, in cineribus calidis per 12. horas.

N.B. Si Sp. Vini non sit ad manus, frumenti optimus potest adhiberi.

Si vulnus degeneret in ulcus, sepius per Syringam sequens aqua est immittenda.

Bz.  $\sqrt{p}$  tlv.  $\frac{1}{2}$ jij.

Infund. herb. matric.

Vinc. per vinc.

Sanic.

Prunell.

Hyperic.

Bugloss. aa. mj.

Rad aristol. rat.  $\frac{3}{j}$ .

Coquantur ad partem tertiam, adde

Sp. Vini vel aq. vit. part. ij. Ulcera egregiè quoque mundificat  $\circ\circ$  ex succo apii.

Ad carnem absumentam, adhibetur O, vel solum, vel cum  $\frac{1}{2}$  præcipitato.

Inter emplastra commendantur, empl. diapalon. de minio, sticticum Crol. iii.

### De vulneribus venenatis.

Sunt venenata, non respectu sui, sed respectu injectionis, quando instrumentum fuit tinctura veneno, vel ab animali venenato vulnus fuit inflatum.

#### Signa.

Sunt tumor, dolor, inflammatio, delirium, convulsio, quando color mutatur, acedunt graviora symptomata, præter manifestam aliquam rationem.

Hæc vulnera sunt periculisissima, quia venenum miscetur sanguini, siveque ad cor defertur.

#### Curatio.

Venenum ante omnia debet extrahi, cucurbita, aut cauterio actuali, quod omnibus palmam eripit; si autem

Bbb 2 ob

ob nervos vulneri ipsi non possit adhiberi, adhibendum tamen est in parte vicina.  
Purgatio & V. S. nocent.

#### Internæ.

Conveniunt sudorifera, cordi impri-  
mis quoque est prospiciendum, malum  
citrinum, & viperarum, bezoar, dia-  
scordium, Tinctur. bezoardica; regioni  
cordis debet imponi, & Scorpionum  
vel Magnum Mathioli.

#### De vulneribus par- ticularibus.

In capite sutura per acum non habet  
locum ubi pericranium est lœsum, ob  
sensum exquisitum, nocent pinguis, ob a-  
cidum, profluit exsiccantia:

Meninges esse lœtas, coniicitur ex lar-  
giori hemorrhagia, hinc quando sanguis  
largius profluit, indicatur, meninges esse  
lœtas.

Vitanda hic Venus & ira, quia cere-  
brum admodum commovent; levissima  
etiam vulnera capitis praesertim circa su-  
turas, per quas multa vata transeunt, pro-  
magnis habenda.

#### Vulnera facies.

Per suturam non debent curari. Sed  
per emplastrum conglutinans Mays  
commendat emplastrum basilicum.

#### In oculorum vulneribus.

A pinguioribus est abstinentum, sanus  
oculus, aquæ ac fuscarius, debet deligari.  
Laudatur à nonnullis lac muliebre, sed  
quia facile accedit non prodest.

#### Pulmones.

Esse lœlos, coniicitur, ex difficulti respi-  
ratione, & sputo cruento.

#### Vulnera abdominis.

Si intestina fuerint collapsa, & fauca-  
ta, sutura debet institui in crassioribus, sed  
quia statim intestina ab aere alterantur,  
ablui debent Spirit. Vin. vel vino cali-  
do.

Si portio aliqua lienis vel Hepatis pu-  
trefacta ex vulnera expendeat, debet pre-  
stundi.

#### Casus 1.

Vulneratus fuit quidam, in metatarso  
pedis, à ferro decidente, ibidemque vul-  
nus infligente, simisque ossa subjecta la-  
dente.

#### Consideranda.

Hic primo qualitates vulnerum, quod  
nempe vulnus hocce sit compositum,  
quia os non potest lœdi, nisi simul nervi &  
tendines lœdantur.

#### Symptomata.

Quæ jam adsanct, vel instant, sunt (1)  
Dolor, qui erit exquisitissimus, quia ner-  
vi & tendines non placè sunt præcisi. (2)  
Inflammatio, (3) Febris & Spasmus,  
(4) Convulsio, tandemque (5) Gan-  
græna.

#### Prognosis.

Tale vulnus admodum est pericula-  
sum, (1) quia nervi & tendines sunt lœsi,  
(2) pro-

(2) propter contusionem, nervi enim contusi difficulter supputantur, semel autem suppuratis difficilimè iterum sistitur suppuration, sive vulnra hæc abeunt in apostemata, & ulceram malignam.

*Curatio.*

In omnibus vulneribus urgentissimum symptoma est haemorrhagia, quæ hic non adest, adeoque hoc vulnus facile post deligari, ante omnia est abluendum, & à sanguine coagulato depurandum.

Hoc facto, digestivum aliquod vulneri est instillandum, est promovendani suppurationem, hocque digestivum debet esse calidum, quia adsancti nervi & tendines frigida enim nervis, tendibus, & ossibus sunt inimica, ut & aëc frigidior.

Hoc facto, imponendum emplastrum. Digestivum.

*¶. Therab. ven.* 3*lb.*

*Gumm. Elem.* 3*j.*

*Bals. Peruv.* 3*lb.*

*Cera* 3*lb.*

*Hyperic. q. l.*

*M.f. Linimentum.*

Primitis diebus imponi debet emplastrum sticticum.

Factâ suppuratione, Digestivum debet mutari & misceri cum mundificantibus, qualia sunt: *Spir. Vin. mel. ros. ung. Egypt. vulneris* hoc ad minimum ter die debet deligari.

*¶. Digest.*

*Add. Ung. Egypt.* 3*lb.*

*S. Suppurativum.*

Si partes adsancti jam cadaverisatae, debent removeri, quo citius hoc fit, curatio eò melius procedit: si maxima adsancta putredo, adhibeti potest:

*¶. Unguent. digest.*

*¶ precipit rubr.* 3*lb.*

Sed, ut iplis symptomatibus obveniamus, integer pes *lumbric.* est inungendus, vel etiam *rosar.* & supra & infra vulnus imponi debet *Emplastrum diapalma* seu *Digestivum quoddam egregium.*

Vnum sit suppuration, metuenda febris symptomatica, quia multæ partes contusaæ adsanctunt.

*Prognosis.*

Si corpus sit caco chymicum, tunc febris talis potest fieri lethalis, quia superveniente spastico, æget subito potest extingui.

Ex statu vulneris indicatur, febreum esse lethalem, si nempe vulnus valde est exsiccatum, partes flaccident, color est lividus.

*Curatio.*

Febris est tollenda, per sudorifera, & diaphoretica, non per purgantia.

*¶. Ag flor. Sambuc.*

*Card. bened. a. 3*j.**

*theriac camph.* 3*lb.*

*Discord.* 3*lb.* Misc.

*S. Schwiz. Trancfa. i. m.*

Pulvis, qui sine perceptione notabiliter sanguinem mundificat.

*¶. C.C f. Δ ppt. 3*j.**

*Cinnab. 3*lb.* vellnat. gr. v. M.f. pulv.*

*S. Schwiz. Pulver a. i. m.*

*B b b 3* *¶. Ag.*

℞. Ag. fumar. ℥ 3.

S. Wasser zum Pulver.

℞. Bezoar. orient. gr. vi.

Cinnab. nativ. gr. iiij.

Myrrh. gr. j.

℞ volat. C. C. gr. ij. M. f. pulv.

S. ut ante,

℞. Tinct. ℥ ex regul. ℥ 3.

S. Wund & Tinct. alle Morgen xxv.

Tropfen.

℞. Ag fumar. ℥ iiij.

S. Wasser zur Tinctur.

Ad vulnus cicatrice obducendum,  
convenit Empl. diacalcyt: valde exci-  
cans:

Suppuratio sit ante & 4.

#### Casus 2.

*Si in eadem parte, vulnus transver-  
sim gladio fuerit inflatum, ideoque ob ob-  
liquitatem plurimi nervi & tendines fue-  
runt abscissi.*

#### Prognosis.

Tunc vulnus est periculosisimum, ob-  
nervorum & tendinum copiam, timen-  
dum quoque partem eam ad motum fu-  
turam inutilem.

#### Curatio.

Multum hic situm etit in legitima deli-  
gatione, & ut pes conuenienti situ con-  
seretur.

Labia ejusmodi vulneris per suturam  
non sunt adducenda, quoniam nervi nul-  
lam patientur suturam: & quia magnum  
puris copiam eructant, vulnus enim de-  
bet servari apertum, digestivum, calidè  
satis, vulneri est adhibendum, vulnus ae-  
ti haud diu debet exponi, alias adhiberi

possunt medicamenta, in primo casu pta-  
scripta.

#### Casus. 3.

Exponitur graviter in humero vulne-  
ratus acinace, & quidem transversim,  
Medicus & Chirurgus accessentur, repe-  
riuntque magnum hiatum, & quod labia  
a se admodum recessint.

#### Prognosis.

Vulnus hoc admodum est periculo-  
sum, quis est in parte excarni, cui mulci  
nervi & tendines subjacent.

#### Curatio.

Hæmorrhagia est fistula, vulnusque  
vino lavandum, inditis stypticis, labia  
vulneris sunt adducenda, ad quod solum  
emplastrum glutinosum non sufficit, sed  
in medio vulneris sutura est instituenda,  
& in fine emplastrum glutinosa sunt adhi-  
benda, quæ filo inter se debent conjun-  
gi.

Brachium est atollendum, ideoque sub  
axillis linea duplicita sunt gestanda.

Symptomatis naturæ est succurrendum,  
medicamentis defensivis, quia pars  
vulnerata thoraci est proxima, hinc in  
thorace solent oriti dolor, tumor, inflam-  
matio &c. adeoque thorax cum toto bra-  
chio inungi debet  $\circ\circ$  spica,  $\circ\circ$  cha-  
momill.  $\circ\circ$  Rosar.  $\circ\circ$  lumbicorum,  
partibus vicinis superimposito emplastro  
ex Gummi elemi: ex. gr.

℞. Gumm. Elem. ℥ iij.

Majestic. ℥ v.

Resin. pin. ℥ iiij.

Colophon. ℥ v.

$\circ\circ$  Rosar. ℥ iiij.

Thereb.

*Therab.* optim. ʒ i.

*Succi beton.*

*Caprif. a. fls. v. ʒ iv.*

*Coq. ad succor. coniumption, ad de-*

*Cera tantillum.*

*Fia Emplastrum.*

*Egregium hoc est emplastrum defensiu-*  
*vum, atque cephalicum.*

*℞. Empl. Gumm. Elem.*

*Nervin.*

*diapalm. aa. ʒ β.*

*Misc. Adde*

*Ol. lumbric.*

*Detur, S. Emplastrum,*

*Defensivum pro pectoro, & cubito.*

*Sed cum pars hæcce vulnerata vicina*  
*sit spinæ dorsi, hæc inungi debet sequenti*  
*unguento;*

*℞. Ung. spasm. Mysicht. ʒ i.*

*Ol. lumbric.*

*Vulp. aa. ʒ β. Misc.*

*S. Sälbli in gum Rückgrad.*

*Sed, Si larga hemorrhagia non adsit,*  
*digestiva vulneri statim debent indi, ex his*  
*quæ jamdum delcripta sunt.*

*Facta suppuratione, exsiccantia sunt*  
*adhibenda.*

*Ipsi vulneri imponi debet emplastrum*  
*diapalma, vel sticticum Crollii.*

*℞. Terr. Vitriol. dulc. ʒ β.*

*Ol. Hyperic.*

*Cere aa. q. l. Misc.*

*f. Emplast. um sticticum.*

*Sæpius circa articulationem oritur do-*  
*lor, sequitur tumor, etira manifestam ali-*  
*quam rationem, quod malum est signum,*  
*quia indicat, nervum aliquem esse valde*  
*laetum, tunc epithema ali quod est adhi-*

bendum, quod vim habeat resolvendi. &  
discutiendi, ut lac virginis, vel, *Oliba-*  
*nun, myrrha, Lithargyrum, conceda*  
*eam vino, & partu que dolet imponenda;*  
*Velepithema ex Zuvöffero.*

#### *Casus 4.*

*Vulnus in cubito punctum infictum,*  
*sanguis cum impetu profluit, ex quo co-*  
*gnoscitur, arteriam esse lasam.*

*Hic hemorrhagia primum est sistenda,*  
*medicamentis stypticis, vulnerusque dilatandum.*

*Brachium est elevandum, retro vulnerus*  
*locus est querendus, ubi sit arteria, quo*  
*loco bene notato imponi debet pulvircu-*  
*lum, cum arctori ligatione.*

*Adhibendus est liquor quidam stypti-*  
*cus, si adsit, vel pulvis stegnoticus, supra*  
*præscriptus, cum albumine ovi.*

*Immittenda turunda, quæ tamen arte-*  
*riam non debet attingere.*

*Generosum remedium internum, nem-*  
*pe V.S. in parte opposita debet adhibe-*  
*ri.*

*Observanda hic venient, quæ sapientia*  
*sunt monita, vulnera, si larga fuerit haemorrhagia, ante biduum non est deligan-*  
*dum, in detectione observandum, ne stegnoticum planè, vel etiam vi quadam ex-*  
*imatur, alias hemorrhagia recrudescit; relecto medicamento stegnotico, induit*  
*digestivum, ad puris generationem pro-*  
*movendam, quod hic debet esse liquidum*  
*satis, præparatum cum Ol. ceræ,*  
*quod maximam in puncturis habet effi-*  
*caciam.*

#### *Casus 5.*

*In amputatione manus, hemorrhagia*

*eff.*

effistenda, cauterio actuali, vaseque majora adniri debent ferro ignito, sivepti- cumque statim est applicandum, cum al- bumine ovi, super imposita vesica suilla madefacta: pro prima deligatione hoc sufficit. Trunco imponitur defensivum, pro affluxu spirituum impediendo, quod est potest, decoctum adstringens cum vino rubro; vel epithemata ex bolo, cum albumine ovi, & alumine.

Post triduum tollitur ligatura, tum- que illa crux, à cauterio facta non de-bet removeri.

Ossium & nervorum habenda est ra- tio, Unguento digestivo superimposito, vulnusque priori modo debet deligari, emplastrum imponi debet magis exsiccans.

In tertia deligatione imponitur pulv. exsiccans, ex rad. Irid. croco & tis, cerus- fa, C.C.

#### Casus. 6.

In apice digiti infixi a fuit spina, cujas aliqua pars intus remansit, hic est me- tuendus dolor, extendens se per totum brachium, inflammatio, tumor, convul- sio, delirium, tandemque mors.

Vulnus dilatandum primo, exiguae turunda immittenda, ne novus causetur dolor.

Si spina extrahi possit, ante omnia erit extrahenda, extracta spina medicamen- tum digestivum fluidum vulneri est im- mittendum, v.gr.

R. o° cere 3ʒ.

juniperi 3j.

Ag theriac. 3ij.

vite 3ij.

oo ovorum 3ʒ.

Misc.

Calidè imponendum.

Cataplasma ex micis panis, supra de- scriptum toti manui est imponendum.

Vulnus secundum lineam rectam est dilatandum si commodè fieri possit.

Digestivum dilui potest cum 8o vel ▽ theriac, deinde cataplasma est imponendum, vele plastrum diapalmæ, puri exitus parati debet, his factis, appareat de- mutu quale sit vulnus.

Hinc imponendum digestivum, exsic- cans, & mundificans sequens:

By. Olovor. opt. 3ʒ.

Thereb. 3ij.

Resin. 3ʒ.

Vatriol alb. 3ij.

Mastic.

Myrrha. 3ij.

Ceruss 3i.

Oliban. 3ij.

Camphor. 3ij.

f.l.a. Unguentum.

S. Digestivum, in ulceribus & vulne- ribus nervorum.

Tali digestivo uti potest in omnibus vulneribus nervorum, quia absumit hu- miditatem.

#### Vulnera thoracis.

Vulnera, si penetrant ad cavitatem abdominis, facile cognoscere possumus [1] ex situ, in quo æget, fuit laesus, [2] ex symptomatibus, [3] ex sanguine, aliisque excretis.

Cognoscitur intestina esse laesa, (1) ex loco affecto, (2) ex gravitate sympto- matum, quæ sunt: Animi deliquium, an- xiitates, inquietudo, convulsio, febris, (3) ab excretis per vulnus, quando autem vulnus adeò est exiguum, ut excreta non possint

possit exinde exire, Chirurgus tut undam extractam naribus debet admovere, & odorare, an exrementorum odor possit percipi.

Potest autem cavitas abdominis transfodi, circa ullam intestinorum læsionem, quando intestina sunt vacua, nec flatibus turgent, quod etiam potest fieri, si attendatur, an obliquè vulnus fuerit inflictum, si hoc, non facile lœdantur intestina.

Potest hoc idem cognosci, ab excreto sanguine per alvum & vomitum, hinc clyster injectus inspici debet an aliquid cruentis secum vehat.

Vulnera ab domini inficta, vel egrediuntur ab altera parte, vel sunt lateralia, quæ sunt periculosiora.

Vulnera à tergo sunt periculosiora, quam in parte antica.

Vulnera lateralia, quæ circa costas infliguntur, sunt periculosiora, quam circa anteriora partem, quis periostium lœsum, facile in consensum trahit pleuram, hincque facilè pleuritis solet supervenire, metuendum quoque, ne pus colligatur, & derineatur inter pleuram & musculos costales, quod pus, si in cavitatem erumpat, lethalem inferre potest morbum.

Vulnera, quæ à tergo infliguntur, quo propiora sunt spinali medullæ, eò periculosiora.

Possibile quoque est, ut globulus, gladius, penetret thoracem, circa pulmonum læsionem, si scilicet sit in expiratione, ubi contrahuntur pulmones.

Quando vulnus aliquod magnum penetrat usque in cavitatem, ex hemorrhagia largiori possum conjectare, pulmones, vel vas aliquod magnum esse lœsum, si au-

tem vulnus punctum est inflictum, tunc sanguis cum iussi rejicitur, percipiturque respirandi difficultas; succedit febris, dolor pectoris, inflammatio pulmonum, tandemque mors.

Magnam in cavitate pulmonum fieri putrefactionem, conjicitur ex anhelitus fætore, ut & ex fætore turundæ extraœ; in tali vulnera sanguini exitus debet parari, per decubitum agri in vulnus, natesque & os debet claudi, quo eo melius exeat sanguis; si autem vulnus non sit satis amplum, inditâ cannula (Rörchen) sanguini debet parari exitus; quoniam autem sanguis extravasatus statim crumelcit, injectiones quoque debent institui: ubi oblevandum, quod ab omnibus acerboribus atque acidis, pectori admodum inimicis, sit abstinentum.

V. S. in vulneribus pectoris nunquam debet intermiti, quia vena illa, quæ secatur parti vulneræ est vicina, præcautio itaque pleuritis, respiratio sit liberior, & inflammatio inhibeatur.

Nec sudorifera hic sunt omittendi, quia sanguinem grumosum dissolvunt, & præcavent pleuritidem, è contra purgantia sunt fugienda, quia in morbis pectoris ne hilum quidem proficiunt.

Hinc Chirurgus vocatus deligato vulnera V. S. instituat, Medicus interea cardiacum, quod simul sanguinem grumosum dissolvit, præscribat: ex. gr.

R. Aq. cheres.

Card. bened.

Veronic,

Card. Mar. aa. 3ij.

Acet. deft. 3j.

Lap. & ppt. 3j.

On. diaph. 3j.

Ccc

Syr.

Syr. hed. terrestr. 3j. Misc.

S. Herz- und Brust-Wasser / alle Stund iwohl umbge- rührtz. oder 4. Löffel voll.

Vel, si maxima ad sit respirandi difficultas, atque angustia, ex. gr.

Bz. Sperm. cet 3j.

D. S. Wund-Pulver a. i. m.

Cum cerevisia calida.

Statim fieri debet clysteris injectio, ex. gr.

Bz. Rad. Enul.

Alth. aa. 3ij.

herb violar.

Endiv. m. j.

Flor sambuc.

Chamomill. a. p. j.

Coq. colat, Bz. tb. 1. addes,

linirecent.

fol. nuc. a. 3j.

Vitellum ovi.

Salt tartari 3ß.

Misc. f. Enema.

Elapsis jam aliquot diebus, commen- danda sunt diaphoretica, ex. gr.

Bz. Corall. ppt. gr. xv.

Unic. ver. gr. vij.

Znus diaph. gr. xij. f. pulv.

S. Schwitz-Pulver a. i. m.

Bz. Aq. Veron. 3ß.

S. Wasser zum Pulver.

Interea russis ægrym valde torquet se- cedit febris, cum dolore pectoris pungitivo, russis existit propter irritacionem, fe- bris est à sanguine putrescente; Cujus effluvia turbant mixtionem sanguinis, tum, si æger ferre possit, V. S. est reite- ganda, eademq; convenient, quæ in pleu- riude, æger quo in thorace aliter non tra-

ct: tibi debet, quanm pleuriticus, sanguis pu- trefactus per expectorationem debet re- moveri, adhiberiique simul debent refri- gerantia: ex gr.

Bz. Aq. papav. errat.

Card. Mar. a. 3ß.

C. C. citr.

Veron.

Cheraf. aa. 3j.

Conf. alkerm. 3ß.

Syr. violar.

papav. errat. 2. 3ß.

Spir. Sulph. gtt. vij. Misc.

S. Wund- und Lungen-Wasser/ alle Stund 2. Löffel voll.

Necessaria quoque erunt potionēs vulnerarie, que refrigerant: ex gr.

Bz. Hordei p. j.

Raf C. C. 3ij.

Rad. liquir.

Chinæ aa. 3j.

Rad. farfar.

ennl. aa. 3j.

Herb. hed. terrestr.

Pulmonar.

Pirol.

Veron. aa. m. j.

Passif. minor. 3j.

Coq. cum aq. fontan. Colat.

Bz. tb. iiij. add.

Syr. de jujub.

Viol. aa. 3ß.

Misc. S. Wund- und Lungen- Dranc alle 3. Stund 4. Löffel voll.

Externè præter defensiva, supra posita, imponi debet fomentum, ex. gr.

Bz. Fl. Chamom.

Sambuc.

Melilot. aa. mß.

Sum-

*Summit. aneth.*

*herb. Origan. aa. mj.*

*Sem. lins.*

*fœn. græc. aa. z. B.*

- (9) *Sopor*, (10) *Vomitus*, (11) *Delirium*,  
 (12) *Phrenitis*, (13) *Paralysys*, (14) *Semper*, (15) *Apoplexia*.

#### Noctentia.

Sunt frigida, ut aëi trigidus &c. ira, vinum, omniaque calida.

#### Differentie.

Vulnera hæcce vel sunt tantum superficialia, vel profundiora; hæc, vel sunt cum vel sine craniī læsione, cum craniū subsidentia, vel absque ea, cum meninum & cerebri læsione, vel sine ea.

#### Generaliora remedia.

Quæ in omnibus capitis vulneribus conveniunt sunt: V.S. clysteres.

#### Specificamenta.

Pulvis Marchionis, cum cinnabari, cranium humanum, cum cinnabari.

#### Aq. destillata.

Aq. ceras. nigr. aq. flor. Tiliae, aq. fl. pœon. aq. lil. convall. addi quoque possunt aq. cephal. aq. hirundin. aq. epilept. Langis quæ est instar omnium.

#### Externas sunt.

Styptica, Digestiva, mundificantia, empl. & betonica, quod instar omnium.

#### Meningibus.

Sunt dicata sequentia: Melrosarum, aq. vite, aq. theriacalis.

#### Casus 7.

Si quis vulneratus fractura craniū Chirurgo curandus tradetur; Vulnera CCC 2 (1. est

#### Symptomata.

Vulnera in capite sequentia sunt: (1)

*Hemorrhagia*, (2) *Dolor*, (3) *Tumor*,

(4) *Inflammatio*, (5) *Convulsio*, (6) *Spasmus*,

(7) *Epilepsia*, (8) *Gangrana*,

(1) est mundificandum, pilique propè adstantes abradendi.

Vulnera illa cautæ sunt examinanda, ne meninges imprudenter lœdantur.

Prioribus diebus cognosci potest, sanguinem extravasatum testagnare intra cranium & meninges, exinde, quando æger conqueritur de dolore gravitativo, tub- sequentibus diebus accedit inflammatio, febris, delirium.

Vulnere mundificato fracturæ ossium, quæ meninges premunt, sunt eximendæ, si commodè circa meninum lœsionem fieri possit; siad meninges deveniri possit imponendum est *mol roſarum*, cum *aqua vite* tantillo, à cuius utu nonnulli abitinent, donec videant, magnam adesse putredinem: *Si ex foramine sanguis non possit effluere, neque etiam pus, elici habet per Trepanationem.*

#### *De Trepanatione.*

Quær. An in principio Trepanatio sit instituenda? Resp. si facta sit magna percussio, vulnerusque admodum sit profundum, si adscitopor, stupor, & paralysia, tunc utique Trepanatio statim est instituenda, tæpius quoque latent fragmenta ossium, inter cranium & meninges, quæ nonnisi per Trepanationem possunt extrahē.

Sunt, qui Trepanationem planè rejicunt, dicentes 1. duram matrem firmiter adhærente capitis cranio, eamque circa periculum mortis lœdi non posse. 2.) Si a liquid debeat eximi, sit laceratio vasorum. 3.) Meninges facile possunt lœdi. *Et. Hic cautæ esse agendum.*

In fractura ossis, ubi non est minus graviorum symptomatum, nulla instituitur Trepanatio.

Trepanationem pro voto successisse, conjicitur exinde, si ex vulnero, per trepanum facto, pus vel sanguis effluit.

Quando sanguis extra vasatus latet in ter piam & duram matrem, tunc sanguis per Trepanationem non potest elici, neque trepanum hic ullum habet ulum, sed ut Medicus famæ satis faciat, & ne videatur aliquid omisisse, utique instituenda est Trepanatio: hoc idem responderi potest, quando objiciunt, locum ubi sanguis extravasatus lateat esse incertum.

Quando cranium non est fractum, magna tamen facta est percussio, tum in principio nulla instituenda est Trepanatio, & si nulla adsinet graviora symptomata, sed cum demum est instituenda, quando sanguis extravasatus incipit putrefactio:

In ipsa operatione auribus indere solent bombycem, ne strepitus ab ægro audiatur, videndum quoque, utrum vulnus satis sit apertum, nisi hoc, cæsura debet dilatari.

#### *Remedia.*

Potiones vulnerariae sunt adhiben- dæ,

*Et. Herb. cheris.*

*Beton.*

*Verben.* aa. mj.

*Fl. hyperic.*

*Primul. ver.*

*Lili. convall.*

*Anthos.*

*Salvia.* aa. p. j.

*Rad. arist. rot.*

*Paeon.* aa. žj.

*Coq. in aq. fontan.* *Colat.*

*Et. lib'j*

*R.* H̄ij adde

*Syr. de beton.* 3ij.

*Vitriol. gr.* xv.

*S.* Hauptstarkender Wund-Tranck /  
des Tages dreymal grey Löffel  
voll.

*R.* *Pulv. March.*

*Specif. cephal.* D. Mich. a. D. B.

*f. pulv. S.* Wund-Pulver auff  
einmal.

NB. Hoc bis de die dari debet.

Silaud, opiat, velis adhibere, in mini-  
ma fieri debet copia, mallem tamen suar-  
dere emulsiones cinnabarin. pulverem  
Marchionis.

NB. Observatum fuit hactenus, om-  
nes in capite graviter vulneratos, si lu-  
men vel candelum ferre non potuerunt,  
fuisse mortuos.

Sanguinem extravasatum contineri  
sub dura matre & ipsa cerebri sub-  
stantia, indicatur paralyssi, & apo-  
plexia.

Totum arcanum consistit in attentio-  
ne ad modum percussionis, ad partem  
affectam, & symptomata, jamque his  
probe consideratis, medicamenta ante-  
lia laudata adhibeas, ne post mortem  
causa mortis redundet in Medicum, pro-  
beque perpendas, an trepenatio si necel-  
saria.

Si sanguinē naribus & auribus post ac-  
ceptam plagam effluat, malum est si-  
gnum, quoniam indicat, maximam fa-  
ctam esse percussionem.

## De Ulceribus.

**U**lcera cum vulneribus conse-  
ntur, quoad continuū solu-  
tione, dilentiantur, quoad humo-  
rem acrem, qui continuū solutionem effi-  
cit.

### Prognosis.

Ulcera longius serpentia, partesque vi-  
cinas ex dentia plus alunt periculi quam  
simplicia; quæ cum carie ossium pericu-  
losiora sunt, quam ab aliis ea. Ulceraque  
post variolas remanent curatu sunt diffi-  
cillima: ulcera diuturna non absqne peri-  
culo sanantur, quia habeantur profontica-  
lis, quæ difficiliter curantur.

### Cause.

Sunt humor acris, corrosivus, plus  
minus dilutus, videmus enim magis  
fluidum & viscidum, hicque oriun-  
tur ulcera sicca maligna, aliaque ge-  
nera: Causæ ortum trahunt ab hu-  
more, à sanguine & lymphâ suppedita-  
to, vel à sanguine & lymphâ in ipso  
ulcere demum corrupto & nato, in ea e-  
nim parte hæret acrimonia, quæ sanguini  
detraha malignitatem inferit, hinc hære-  
ta difficultate curantur, quia malignitas  
non in hæret sanguini.

## Curatio.

Purgationes & V. S. aliquando conuenient, quando nempe humores vitiosi à sanguine transmittuntur, purgantia constare debent ex melanagogis, ex gr.

*¶. Extr. bellerb. nigr. gr. vij.*

*Casar. gr. viii.*

*¶ dulcif. gr. j.*

*Resin. Ialap semel contrit. gr. viij.*

*○ cinamom. gr. j.*

*Cum Tin. 3nii. F. pil. n. xv.*

Deaurat d. s. Blutreinigende Pillen auff einmal.

NB. ¶ dulcificatus omnibus cataractis addi debet.

*Si per aliquot dies continuare velimus purgationes, solemus uti vino medicato, quæ in scabie quoque sunt usitata: ex gr.*

*¶. Rad. apii.*

*Rub. Tinct.*

*Aristol. rot. aa. 3ij.*

*Cord. vaccin. 3ij.*

*Herb. fumar.*

*Rut. murar.*

*Cetarach.*

*Hepat. nobil. aa. m.ß.*

*El. centaur. minor. p. ii.*

*Fol. senna. 3.ß.*

*Rhabarb.*

*Agaric. aa. 3.ß.*

*Mechaoan. 3ij.*

*Turbith Gummo 3ij.*

*fibr. bellerb. nigr. ppt. 3.ß.*

*Crem. Tart. 3j.*

*Cinamom.*

*Macis.*

*Nuc. mosch. aa. 3.ß.*

*Sem. card. 3j.*

*Passul. minor 3.ß.*

Fuisse grosse, dentur ad nodum, S.

*Säcklein cum Kräuter-Wein.*

Affundatur per noctem aq. fabror. vel chalybeata, calida, mane admisceatur vini m. 3.ß. stent spatio 24. horarum, utatur singulis manead vitrum. S. Blutreinigender Wein alle Morgen ein Glas. voll.

V. S. utique erit necessaria, nisi sanguis admodum sit acris, hinc in cancro exultato V. S. non convenit.

Si magnus adsit ardor, convenit saccharum H ni, quod non satis potest laudati.

Si adsit intemperies frigida, convenit balsamus Sulphuris cum theriabinthina aliquot guttis, quod & est sarcoticum.

In intemperie humida convenit emplast. Norimbergense, omniaq; exsiccantia, Sulph. admodum proficuum habetur quoque inter arcana decoctum regule 3nii, quo alvus bis de die elui debet, superimposito emplastro Sulph. & croco ottis, Zvvölferus habet decoctum ex 3nio, quod magnopere laudatur.

Omnia ulcera sunt ab acido.

Egregium emplastrum est hoc T. G.

*¶. Ung. diapomph 3.ß.*

*de liquirit 3ii.*

*diacalcye.*

*Grysij aa. 3.ß.*

*Gum. Elem. 3ij.*

*Sacchar. H 3j.*

M. in mortario plumbeo vel lapideo: pistillo plumbeo, f. magdal. S. Heylendes Pflaster.

(2) Adhi-

[2] Adhibendum revulsorium, quod præstant fonticuli. [3] quia sic tuto curati possunt ulcera, materia namque acris ad alium exitum diverti potest.

Pinguia & oleosa nocent, quia acidum quoddam habent, hinc ulcera sunt actiora siccque nocent.

Medicamenta sæpius debent renovari, quia participant de armonia.

*Hyper sarcoss* aliquando adest, tum conveiunt  $\triangleright$  viridis, vel O *ustum* &  $\ddagger$  precipit rubens.

Labia aliquando sunt callosa, tunc non facilè curantur ulcera, nisi labia tollantur: prolunt sacrificatio, aqua caustica, aqua viridis; configiunt quidam ad novaculam.

Nonnunquam vermes ex insessa mucorum ulceri inhærent confusa hoc linimentum est *Tinct. aloes* cum *Spir. Vini* parata exsiccat, putredini resistit, vermes enecat, hac bis vel ter de die ulcus debet ablui.

### Caries ossis.

Hæc plus habet in recessu, vocaturque, der Knochen ist angelaußen/ ante omnia caries est tollenda, an caries adsit, cognoscitur, si fistula præcessit, si humores diutius detentur stagnant, si ulcera et cratera erupta recrudescunt, si caro est succida, spongiota, livida: speculo, si pus fœtidum aut valde ferolum copiosus affluat,

#### Curatio.

Duo hic sunt scopi. [1] Videndum, ut ados pervenire possumus, [2] ut pars exesa à lana separetur; his obicitur, reli-

quum facile sanatur, ulcus manuali operatione dilatur, vel medicamentis, per syringam injectis, pulvis ex momia, & euphorb. que in omnibus laudantur, vel liquor, quem Author habet commendatur.

Si hæc remedia nihil efficiunt, confundendum est ad cauterium actuale, illud autem aliquoties infelicissime evenisse recenset Matliche, in suis Observationibus.

### Ulcus Depascens.

Malignum, ein Krebsfleisch oder fressender Schaden / gradu saltem differt à præcedenti.

#### Curatio.

Præter purgantia adhiberi debet V.S.

Internè hic fidelem præstant operam sudorifera, longo tempore in usum vota, decoctum lignorum, cuilibet dosi adde *Tin. g* vixit. xx. vel xxx.

Externe convenient thermæ vel balnea artificialia, ex Calces Viva, O Sulph. Scortii  $\mathcal{O}$  tis,  $\mathfrak{G}$  nio crudo, cum aq. pulviali parata, vel decoctum pro usu externo. Egregium habet *Potersus* in pharacopœa spagyrica. ex.gr.

$\mathfrak{P}.$  *Bacc juniper p.j.*

*Rad arist rot. 3j.*

*Summit hyperici.*

*Fl chamom aa.pij.*

*Myrr elec. 3B.*

$\ddagger$  *sublim 3j.*

F. decoct. in sufficiente quantitate aquæ.

S. Esserlich reinigend decoctum.

Si

Si magna adsit putredo, imponi potest aliquando Ung. *Egyptiacum*, dilutum cum Spir. vin. vel ∇ lambuci, adde aliquot gr. o<sup>o</sup> Sulph.

### *De Fistulis.*

Fistula est ulcus ex humore acri, qui agit per cuniculos; Germani retinent hoc Vocabulum eiae *Fistel*.

#### *Signa.*

Ulcus esse fistulosum cognoscitur, quando labia sunt alba & dura, vel etiam aliquot foraminula observantur, ve exploratur stylo, vel candela cerea, admodum tenui.

#### *Prognosis.*

Fistulae difficilimè omnes curantur, quia medicamenta eò non possunt pertingere. Orientur facile in ano & musculis, & ex fluxu hemorrhoidum, si non probè tractentur.

#### *Curatio.*

Diæta bona, purgationes frequentes, quibus omnibus addi debet & dulcificatus, commendantur quoque potionis vulnerarie.

Frictiones cœps, vel alio, pane aspero hirudines, elixirium proprietatis, in magna quantitate lumpum aperiunt fluxus hemorrhoidum.

Ipsi ventriculo est prospiciendum, stomachalibus, ex gr. *Eff. absynth. compos.* Tinct. &c. NB. Martialia in fistulis maximè proficit.

Balnea naturalia, *Wisbadense Emb.*

denum, convenient, quia habent vim exsiccandi, corroborandi.

Fistula secundum artem tractetur, ad quod Author egregia proponit remedia. Convenit quoque Ung. F. *Watzii*, quod est instar omnium, & inunguit tunc unda immittenda, vel Tinct. & co. cum Tinct. Tattarii bis vel ter de die. Fistulae citius non possunt curari, quam si incidentur canales, si nequè pars affecta hoc patiat.

### *De Ambustione.*

Tres recententur ambustionis gradus. (1) Quando cuticula est laeta, (2) cutis & vesiculae, (3) Caro musculola, tuncque pars affecta apparet nigra.

#### *Prognosis.*

Quo plures partes sunt laete ed est periculosis; à fulmine ambustio ut plurimum est lethalis, quia tota sanguinis mixtio corruptitur.

Causa est advertenda; si à pulvere pyrofacta sit ambustio, vel à ferro candente, periculosis est, quam si facta fuerit à stramine.

#### *Curatio.*

Internè ratione terroris, convenient cardica, V. S. clysteres, pulvis Matchio-pulvis cordialis preciosus, cardiaca, statimque empirevma est evocandum pars laeta Δni admoveatur, aq. calida, aramento, lixivio sovenda, vel cœps cum eo aut O contusa, vel fuligo imponatur.

Si ambustio est profundior, videndum, ut eschara decidat,

Lini-

Linimentum ex ol. Rosar. & album.  
ovi : Aliud ex cremore calcis & ol. nu-  
cum : Aliud ex aqua sperm. ran. ol. nu-  
cum & albumine ovi diutius debet agitari,  
contra ambulationem à pulvere pyro.

By. Sach. Hni. 3.  
ol. Ovor. 3*ij*.

Butyr. recent. 3*iv*.

M. f. Linimentum.

Adhibetur quoque felici cum successu,  
ung. alb. camphorat, quod misceri potest  
cum ol. ceræ, & rotatum.

## De Ulceribus particularibus.

### In Capitis.

Ulceribus vitanda sunt actia, & pin-  
guia, repellentia, Mercurialia, proper  
materiam morboscam, & quia infesta  
sunt systemati nervino hinc cautè agen-  
dum.

### In oculorum.

Ulceribus, vitanda sunt omnia actia,  
frigida, dolorem augmentia, adhiberi potest  
cataplisma egregium hoc :

By. Pomor. dulc. decort. n. iii.

Coq. in aq. euphras. & aq. rosar. ad  
mollit. trajic. per setac.

add.

Sacchar. albiss. 3*ij*.

Hni 3*l*.

Croci gr. v.

Camphor. gr. xv.

F. Cataplisma.

Et cum ulceris oculorum facilè abeant  
in fistulam, hinc summa adhibenda est  
diligentia. Author egregia habet medica-  
menta.

### Narium.

Ulcera, si intus lateant, cognoscitur,  
quando foetor è natibus provenit, bæ-  
que curatu sunt difficilima, internè con-  
veniunt purgantia, acidula, elix. proprier.  
decoctum lignorum, & quæ habet Au-  
thor.

### Oris.

Ulcera facilitè degenerant in ulcera  
serpentia, & maligna, Author habet gar-  
garismos, quibus addi potest una vel alte-  
ra gutta. Vitriol. commendatur quoq;  
pro suffimento atramentum commune,  
si turundæ fermentur è pilis leporinis,  
benè inebriatæ atramento, quæ etiam in  
hæmorrhagia narium adhibentur.

### Vesicæ.

Ulcera curantur frequentioribus injec-  
tionibus, quia reliqua medicamenta eò  
non possunt pervenire, curantur aqua  
calcis vivæ, quæ talis: aqua communis in-  
jicitur Calcis viva, sed videndum, ne ni-  
mis actis fiat, postea calce in fundo resi-  
dentes ol. nucum debet admisceri,

### In meatus urinarii.

Ulceribus, metuendum ne caruncula  
oriatur, egregium Ung ex Tulcul. F.  
Wü. zii indi potest beneficio candelæ  
ceræ: internè convenient omnia, quæ  
in lue & rea, pillul. Francofurt. vel pillul.  
& les, decoctum lignorum.

### Pedum

Ulcera tractantur arctiori ligatura,  
quia sic humorum influxus cohibe-  
tur.

Ddd

De



## De Tumoribus.

**M**Orbi conformatio[n]is sunt, quæ conjunctos s[ecundu]m s[ecundu]m habent morbos intemperici.

### Causa,

Tumorum est humor aliquis, qui colligitur, vel per lentam congestionem, vel per impetum: per lentam congestio[n]em, quando sanguis laborat intemperie etassa humor[em]que crassum alicubi deponit, qui ob crassitatem non potest progressi, facit huc pororum perversio. Cum impetu fit tumor à causis externis, nempe à lapto, dolore, &c.

### Signa diagnostica.

In sensus incurvunt, in principio enim pars incipit intumescere, in augmento dolor angerit, in statu ad extremum pervenit, in decrescentia paulatim imminuntur symptomata.

### Prognosis.

Si tumor sit ex pituita, & melancolia, est chronicus, si vero exibile & acido, plus alit periculi.

Habenda in prognosi est ratio partis affectar[um], si etiam tumor circa partes non aded carnosas, vel aliquam partem nobilior[um] extiterit, plus alit periculi, quam si in ignobiliori,

Humores vel dissipantur, si symptomata & tumor decrebat, suppurationem praesens dolor, induratio oritur ex praeposterio usu repellentia.

### Curatio

Consistit 1) in fluxus inhibitione, 2) in congregatorum ablatione, cum materiali intercipiunt: intercipientia non sunt ponenda in ipsa parte affecta sed in superiori parte, hinc ex albumine ovi, bolo armena, terr. sigillata, imponuntur cataplasmata parti vicinae.

Repellentia ipsi parti affectae imponuntur, iisque in principio debet uti, sed non debet fieri à parte ignobilior[um] ad nobilior[um], hinc usus eorum fecerit exspiravit. Incommoda, quæ repulsionem sequuntur, sunt: obstructio magis augetur, sunt enim frigida, styptica, incrassantia, unde major inflammatio, & Gangrena sequi solet, modus operandi est hic, v. gr. aqua frigida, refrigerando, h. e. quietem induendo, humores incrassando, obstruendoque poros, hinc omnia repellentia naturæ sunt frigidæ, terrestria, crassa, &c.

Ad partem oppositam ignobilior[um] deber fieri revulsio, idque vel secundum longitudinem, vel laitudinem, v. gr. in ophthalmis V.S. & fonticulus in brachio adhibetur, quod est revulsorium.

Derivatio fit in parte vicina, ubi vesicatum excitatur.

Ipsa pars roboranda.

Ablatio fit resolventibus, sed haec in inflammatione non rito adhibentur, quia humor per talia incrassatur, sive difficitibus curatur, hoc videmus in Erysipelite, quod, nisi cautè tractetur, facile abit

abit in Gangrenam, nempe si adhibeantur frigida, si autem calida adhibeantur, atque resolventia, facile curatur, quod videmus, si adhibeatur Spiritus vini.

Resolventia constant ex partibus subtillioribus, rigidioribus, camphoratis, Spiritu vini.

Suppurantia impedit partium subtilliorum exitum, humoremque magis exigit, ut mutetur in pus.

### *De Tumoribus in specie. Inflammatio.*

Quæ est tumor præternaturalis, cum dolore & rubore.

Ad eam non solum requiritur extravasatio, sed etiam restagnatio, cum sanguis ingreditur vasa minutiora, atque sic ob angustiam non potest progredi, sive restagnat, & inflammatio causatur.

Signa diagnostica sunt, rubor, dolor, calor, pulsatio, splendor.

#### *Prognosis.*

In parte nobiliori inflammatio est periculosa, in ignobiliori facilè curatur.

#### *Curatio.*

Diæta, sexque rerum non naturaliam bona est habenda ratio, vinum nocet, cibis sint calidi, aromatici &c. potest esse certevisa tenuis.

Humoris affluxus revellitur V.S. in parte opposita instituta, derivatio fit ad partem vicinam; Author plura habet repellentia.

N.B. Repellentia semper miscenda sunt resolventibus, Author præponit duo cataplasma, notatu digna.

Suppurantia non statim in principio sunt adhibenda, sed attendendum, an

humor possit discuti, si autem dolor augeatur, Authoris cataplasma possunt adhiberi.

#### *Symptomatum.*

Habenda ratio, quorum urgentissimum est febris, quæ hic est symptomatica, curari debet non purgantibus, quia hæc eum pestis hic sunt fugienda, danda potius blandiora diaphoretica, non tamè clysteria sunt omittenda, quæ apprimè convenient in quavis inflammatione, in parte ignobiliori inflammata, mitissima quidem adhiberi possunt purgantia, sed in parte nobiliori, planè exulari debent.

Secundum symptoma urgens est dolor, contra quem Author egregium præponit cataplasma.

#### *De Erysipelite.*

Quod est tumor, ortus ex bile, vel Sulphure, in sanguine contento.

#### *Symptomata.*

Sunt dolor, calor, inflammatio, febris.

#### *Causa.*

Est effervescentia particularum Sulphurearum, propter bilem abundantem, sed ut plurimum oritur à causa externa, nempe ob frigus, sic puerperæ patientur Erysipelas, quando mammæ frigoti diutius fuere expositæ.

#### *Signa diagnostica.*

Sunt: æstus, dolor, febris, quæ invadit cum horrore, insequitur calor, sentitur dolor, paulò post rubedo & tumor.

#### *Prognosis.*

Erysipelas non est periculosum, nisi ab exteriori ad interiorem partem

Ddd 2 repella-

repellatur: Si est in parte tendinosa, plus alii periculi, quam si est in parte carnoa.

#### *Curatio.*

Dæta probè est obseruanda, ubi etiam ratio est h. benda sex rerum non naturalium, aer frigidior per inspiracionem potest admitti, sed non debet admitti externè ad partem affectam.

Purgantia sunt omittenda, V. S. ratione febris potest administrari, quā præmissa, sudorifera sunt adhibenda, ex ag. flor. sambuci. Rob. sambuci. Externè oleosa & pinguia, ut & repellentia sunt vitanda.

Author commendat quedam, possunt etiam ea, quæ in infl. immatione adhiberi, sed tamen omissis oleis.

Pro cura prophylactica fl. sambuci. coquantur cum lacte, lac que horis matutinis assumentur.

Stercus ovini convenit pppter. Creta vulgaris pulverulata prodest, quia absorbet, ut & farina liquiritiae.

*Mynstichtus* habet pulverem, qui applicari potest cum charta emperetica, cœrulea: Alii præparant chartam cum cera, & ol. Rosatum, si hæc non satisfaciant, adhibendum cataplisma ex foliis Tussilaginis supra descriptum, sub titulo, Inflammationes vulnerum.

#### *De Oedemata.*

Oedema est tumor pituitosus, qui si ciliè oritur in hydrope, & cachecticis, differt gradu saltem & quoad fluiditatem à tumorē aquoso, facile oritur in pede.

#### *Signa.*

Sunt, color albus, si tangatur cedit digno, & fovea relinquitur,

#### *Causa.*

Est humorum circulantium crassities, & restagnatio lymphæ.

Discutientibus, humorique motum reconciliantibus; V. S. hic non indicatur, quia non adelt plethora, v. n. mias motus. V. S. hic potius noxam, nempe humoris obstructionem potest inferre.

Conveniunt purgantia, ex Lalappa, agarico, Sem. catham. fol. Senn. Extr. panchym, ext. diacarthami & sudorifera. Respiciendum in purgantibus ad morbum præsentem, qui, si non fert purgantia, v. gr. Phthisis, debent omitti.

Quæ in forma l. quida exhibentur, fortius juvant: v. gr. lixivium è cineribus garment. vicis, lepins calidè imponit. ▽ calc. vivæ, luffi migium ex aceto, super laterem calescentem.

N.B. Prolunt quoque sudorifera, ex gr. decoctum lignorum, quod videti potest apud Sculterum, pag. 43.

Extr. diacarth. 3j. v. Th. iv.

Solv. in vino, adde.

Tart. Vitriolati. gr. xij.

Syr. rosar. solut. 3ij.

ag. mirab. 3j.

Mic. pro una dosi.

Si fortius desideretur.

Gumm. gatt. corrat. gr. viij. v. xij.

Solv. in

ag. cinamom. adde

Inlepp. rosar. p. m.

S. Purgier. Franc. a. i. m.

#### *De Scirrho.*

Sciribus est tumor admodum durus, oritur expositura, acida, austera. ejusmodi tumores facile oruntur sub axillis, circa collum, in mammis, circa hypochondriū sinistrum.

In-

*Internè.*

Conveniunt, quæ habent vim volatilē, & viperar. volat. Tinct. ♂ nii, &c. \* aromaticus.

*Externè.*

Quæ vim habent dissipandi, emolliendi, v.g. Empl. dia sulphuris Rulandi, quod malaxati potest cum o° tattari, si tumores hi imprudenter tractentur, degenerant in Gangrenam, hinc semper vindendum, utrum possint emolliri.

Sunt, qui externis admiscent sal. volat. lini.

*De Tumore aquoso.*

Tumor aquosus convenit cum Oedemate,

*Internè.*

Conveniunt purgantia, quæ habet Author.

*Externè.*

Cataplasma Authoris; sterlus columbinum convenit propriæ ♂trum, proflunt epithemata ex ♂tro, & le \*co, & spirit. vin. ut & Willisi empl. dia saponis.

*De Hydrocephalo.*

Hydrocephalus est tumor aquosus capitis, curatu difficultis, si aliquoties catarratica fuerint adhibita, convenit & ♂lis \*ci; Tinct. ♂ nii; Timaus à Guldenklee curavit cataplasmare al. quo ex farinis: Potest quoque applicari fomentum in forma sicca, ex cineribus: sem. mali, sem carvi, & sale communi, quæ intra linteum duplicatum imponuntur.

*De Tumore flatulento.*

Tumores flatulenti facile oriuntur in hypogastrio, conveniunt hic omnia quæ adhiberi solent in colica, ex flatibus, Empl. carminat. Sylvi. Ung. carmi-

nativ. Mysicht. o° carminativum e-  
judem.

*De Atheromate, Steatomate, & Meliceride.*

Tumores hi propria includuntur capsula: Atheroma & Meliceris oriuntur in omnibus partibus: Steatoma in glandulis, post febrem quartanam: manibus possunt tractari.

Omnis difficile curatur, internè con-  
veniunt discutentia, quæ promovent  
sanguinis circulationis item & redditum,  
pro diversitate partium, diversa tumoti-  
bus his imponuntur nomina; Externè  
conveniunt & scutentia, sed si haec non  
sufficiant, configendum est cautelum  
potentiale: Sed observandum hic, quod  
hoc in parte nervosa non habeat locum;  
vel excindantur, hic autem observan-  
dum, ne largior hemorrhagia excitetur,  
primò incisio debet fieri usque ad pellicu-  
lam, ne materia excitetur, secundum  
longitudinem pellicula debet liberari à  
cute & carne, & postmodum extrahiri,  
quod potest videri apud Scultetum, &  
Tim. à Guldenklee.

*De Herpete.*

Herpetes sunt tubercula parva, &  
quoniam flavescent, accusatur bilis;  
Internè conveniunt sanguinem purgan-  
tia, sudorifera, ♂ niata, acidulæ. Ex-  
ternè, saliva hominis jejuni, addito succo  
cittri, vel tubigine ferti; pulvis creta, cum  
lacte dulci, & addi potest Nitrum.

Curantur etiam externè lamina plum-  
bea ♂ illita, & superimposita. Jacob van  
Meckern suppeditat alium modum cu-  
randi, nempe per fortiorum concussio-  
nem, semel vel bis superimposito cerato  
Vigonis.

Ddd 3

De

*De Scrophulis seu strumis.*

Oriuntur potissimum circa collum, ab obstrukione, & lymphâ crassa, & ut plurimum sunt à mensibus suppressis, & partu difficulti.

Externa remedia sunt duplia, vel resolventia, vel exedentia, si sunt in parte musculosa, possunt excindi, prout Gûldenflee/ in praxi annotavit: Notari possunt Ung. Authoris, ut & empl. ex ranis cum grio, sale volat. \*co; ut & aliis, proficuum quoque est °° lacertarum, cuius præparationem vide apud Scultetum.

Internè, convenit electuarium ex pulv. lacertar. & melle, de quo horis matutinis per 40. dies capiat æger magnitudinem nucis moschatae; vel pulv. sequens:

*Bz. Pulv. contrastruma, Querc. 3ij.  
Arcan. dupl. 3ij.*

Misc. fiat pulv. dosis quantum capit culpis cultri, bis de die luna decrescente sumatur.

N.B. Sistrum tendant ad suppurationem, notetur Ung. Authoris. Sunt, qui habent pro arcano, hoc: Si struma bis v. 3, fricentur manu hominis mortui.

*De Bubone.*

Hoc symptoma urgentissimus est dolor: Externè convenienti °° vulgaria scorpionum: bubo benignus est resolvendus, malignus veò suppurandus ut & Venereus, internè convenient decoctum lignorum.

*De Carbunculis.*

In his, signa sunt: Dolor exquisitissimus, rubedo in locis vicinis, postmo-

dum supervenit nigredo, in locis excavatis, ut carpo manus, regione cordis pars talis trahetur, ut pars ambusta, sc. eschara est promovenda, ut decidat: euadem in finem facit empl. Authoris, crustâ separata, convenit Ung. fulcum F. Wüzi, cui semper addenda est thesiaca: V. S. nocet in carbunculo cum peste, sed sine peste convenit: ut & sudorifera, v. gr. Diaſcord. bezoard. orient. & occident. Tr. bezoard. frigida, ut sunt succus citri &c. in peste admovevi debet ferrum Δatum & antraci, & buboni, nihil enim infensius veneno pestilentiali, quam ignis.

*De Cancro.*

Cancer est tumor præternaturalis, durus, cum distensione valorum, sanguiferorum: estque vel exulceratus, vel non exulceratus: mammæ facile eo corripiuntur, propter consealum iater uterum & mammae, hæ, cum magis æri expununtur in lactatione, item, propter congeriem glandulatum.

Cancer occultus mitius est tangendus manifesto, manifestus, sive exulceratus non est attingendus, malum hocce curatu est difficultissimum, ulceratus enim in virginibus annosis nunquam, in Juvenculis vero admittit curationem. Tim. à Gûldenflee/ omnia habet remedia contra cancrum, epithema ex farina milii in cancro occulto optimum est remedium, sed cum tumor increvit, contagiendum ad operationem manualem, nempe cancer est excindendus, sed & hæc operatio est periculosa: calidiora, & exagitantia vitentur, ne acre illud volatile exagitur, caro bubula in cancro occulto immitti solet, quia eâ saturatur acidum vola-

volatile, hinc hæna valde prosumt, ut  
empl. hænum; Author commendat  
quintam essentiam Arsenici, sed quis eum  
imitetur. Internè primò convenient  
melanaga, postea Tr. & nii. Tul-  
pius in cancro ulcerato uitut sequenti  
pulvere:

*R. Plumb. liquef. q. v.*

*add. & viv & vit. tantilli.*

Sic omnia redigere potes in pulv. fria-  
bilem.

**S. Besonderes Krebs-Pulver in die  
Wunden justreuen.**

*De Gangræna.*

Si Gangræna sit à frigore, pars affesta  
fricetur nive, & aq. frigida, postmodum  
foveatur  $\nabla$ , in qua theriaca, vel mithri-  
datum est solutum, vel imponatur fo-  
mentum Authoris.

Si ex luffocatione caloris naturalis, ab  
obstructione, convenit  $\nabla$  Iphagædenica,  
supra descripta, si ex scorbuto, inter-  
nè convenient omnia aromaticæ, ex-  
ternè ea remedia, quæ Author habet,  
spir. antiscorbuticum, quo pars externè  
foveatur. Sequens admodum est effi-  
cax.

(Sæpius in morbis chronicis ex longo  
decubitu sit gangræna ossis coccygis,  
Vide Hild. obi. 3. cent. 1.

*R. Spir. nasturt. 3ij.*

*satis 3ij.*

Misc. imponatur extermè calidè.

Pars cadaverisata separanda à lana: si  
sedata Gangræna reperiatur caries ossis,  
sequens adhibeatur:

*R. Spir. vin. 3ij.*

*& vitriol ad acidit.*

*S. Mixtur, zu Aufwaschen.*

*De Paronychia.*

Germanicè vocatur das böse Ding/  
hic urgentissimum est symptoma dolor,  
Author habet cataplisma ex lacte, dolo-  
re sedato fiat incisio, deinde ad noveatur  
theriaca, cum spir. vin.

*De Anevrismate.*

Sæpè talis tumor sit absque incisione,  
tuncque est instar ovi Gallinacei cum  
pulsu simili, qui est in corde.

Abstinendum hic ab apertione. &  
suppuratione, quia post hemorrhagiam  
cutari non potest, adstringens & repel-  
lens optimum est, hinc lamina plumbea,  
decoctum adstringens, & solutio vi-  
trioli in tali casu optimo cum successu ap-  
plicantur.

*De Ophthalmia.*

Hic hirudines applicari debent vasis  
temporalibus, qui locus est optimus. V.  
S. sub lingua convenit.

COL-